Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26215
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INCIPIT QVARTA PARS MORALIVM.

VOCIENS

IN SANCTI VIRI HYSTORIA nouum uolumen enodare mysteriu[m] typice expositionis aggredim[ur]. op[or]tet ut ex eiusdem uiri uel nomine uel passione. mysticā significationē p[r]incipaliter pferam[us]. quatenus habitaculo[rum] more dū sui in scriptionem tituli. in ipsa postis fronte p[re]figim[us]. q[ui]a sic[ut] est dom[us] agnosci tur securius intretur. Crebro autē dixisse memini. quō beatus iob passiones redemptoris n[ost]ri eiusq; corporis idē eccle. et passione sua signauit et nomine. Iob quippe interp[re]tatur dolens. Et q[ui]s alius in hoc dolente figurat[ur]. n[isi] is de quo scriptū est. uere languores n[ost]ros ipse tulit. et dolores n[ost]ros ipse portauit. De quo rursum subdit[ur]. Liuore ei[us] sanati sum[us]. Amici u[er]o ei[us] hereticorum speciē tenent. quia ut sepe iam diximus. dū defendere nituntur offendunt. Sc[ri]s g[ra]o uir p uulnera et uerba sic loquit[ur] sua. ut etiā n[ost]ra significet. et plerūq; p prophetiae sp[iritu]m dū uentura narrat. p[re]sentia transcendit. n[on] nūquā u[er]o sic de p[re]sentib; disserit. ut de futuro conticescat. Cognita itaq; discretionis hui[us] custodia. cū in mutatione uocis illi[us] n[ost]ra quoq; intelligentia alternet. ut tanto ueri[us] eius sensib; congruat quanto se et cū eius uocib; inmutat. Verbis itaq; p[re]cedentib; sanctus uir p discretas prudentie sententias. iniqui cuilibet culpas p[ro]tulit. et quā sit dānanda eius actio exp[re]ssit. Sed cuius pena mox subiecit dicens. Non sit in recordatione s; conteratur quasi lignū infructuosū. In recordatione. n. c[re]ditoris n[on] reducit[ur]. quisq[ui]s usq; ad finē